Ad Quodlibetarias Quaestio medica matutinis agitanda disputationibus In Scholis Medicorum die Jovis 20 Decemb. M. Claudio Charles D. M. et Pr. reg. Moderatore.

An foetus vivat primum vitam Plantae?

Homo singulare Dei opificium est, et naturae miraculum, viventium omnium princeps ac dux; miraculum per creationem, miraculum per generationem; plantas pollet, et brutis; vegetat Planta, movetur, sentitque animal, gaudet vero utrumque; sola ratio et oratio principatum faciunt. Manum dominum: neque tamen propterea Planta prius est quam animal, aut animal quam homo, sive prius nutriatur et crescat, quam moveatur aut sentiat, prius utrumque praestet, quam intelligat. Affectis cum illius nutritionem, accretionem, generationem, omnes per scopum. Nutritio ad vitam, accretio ad vitae perfectionem, generatio ad vitae perpetuitatem. Tria haec munia praeviis, per Planta sua vegetando, per animali sentiendo, per homine intelligendo triplicis istius functionis idem obiectum necessarium, alimentum scilicet, dissolvitur, contrarium, non tamen elementum, venenum, metallum, aurumque potabile. Alimenti substantia viventia nutriuntur, quantitate augentur, superfluo generant ac generantur. Continua triplicis nostrae substantiae dissipatio continuam alimentariae substantiae arguit necessitatem, per quam tamen fatali mortalium lege duplicis tantum fit reparatio, carnosae et spirituosae.

Alimentaris substantia, nostra ut fiat, varias subit mutationes, tres praecipuas χύλωσιν, αἱμάτωσιν, ὁμοίωσιν. Ex variis cibis unus chylus per ventriculo, ex uno chylo diversi humores per hepate: ex uno sanguine diversarum partium nutritio. Ventriculus insito vi natiuo, et vicinarum partium calore iuvante chylum conficit, sibi familiarem vel album, quem et intestina ad hepar vehunt venas mesaraicas, ut per sanguinem convectum ad novam nutritionem reducant. Hepatis parenchyma chylo formam dat sanguinis, et colorem intermediis venis portae ramis cavae continuis: hic sanguinem ab utraque bile repurgatum partibus suscipit distribuendum: vesicula enim hepati subiecta bilem flavam trahit, vero recto tramite per πόρον χοληδόχον. Quomodo enim animali natura videatur prospexisse, si tam noxium humorem una cum sanguine per corpus permittat aspergere? Lien hepar totum depurgat a faece melancholica sanguini crassiori permixta; sive παρέγχυμα δερμιόν καὶ σπογγοειδὲς multiplici arteriarum venarum consertum crassissimum succum attenuatum per suam mutat substantiam. Reliquum tanquam superfluum per vas breve per ventriculum amandat, appetentiam aciditate excitaturum, aut per alvum deponit. Postquam qui apparatur chymus praedicta duo excrementa deposuit, et ab innata caliditate coctionem exactam est adeptus, subit iam et prius ad vibras hepaticas partes aspersum, atque per alimonia partium quatuor facultatum ministerio cedit. Accretio nutritionis comes est, quae novae quantitatis accessio est, sive cum plus alimenti reponitur, quam de corporis substantia deperdi: huius terminus est 21 aut 25 annus.

Alimentum partibus aliendis neque esse tam scilicet, quin habeat aliquid dissolutum: superfluum nutrioni, idoneum generationi, quo sublato inanis restat generandi omnis cupiditas. Hominis liquidum et oibus robur creatis innatum est vehementius perpetuitatis desiderium, impedit ingenita corruptibilitas et naturae contrariorum substractio; et ad novas suas insatiabilitatem procliui: per hominis perniciem conspirans causas externas morbificas, acerrorum internas. Per dementiam introducta generationis: ad generandum incitatur stimulus et illecebris, speciem alienam ut conservet, cum se ipsum non possit. Magnum id opus ut fiat, necessarius est maris et foeminae amabilis amplexus, semen utriusque; eodem tempore emissum: vivo ab utero volumine arreptum, reconditum, retentum utero vi et calore ad agendum suscitatum occluso interiori orificio, per superfoetationem recludendo causa sine subit efficientis. Mulieris et sanguis menstruus innoxius materialis. Muliebri si masculum semen desit, vel nulli hippocratis et molas et foetus generationis absque viro non degeneras. Vis spermatopoietica omnibus solidis partibus insit, semen prolificum a solis testibus est, ut viscus duplex alterantis, et fratrix per marem semper propensa semen praeparat confusa venarum, arteriarumque spermaticarum permistio, et varicosi anfractus; perficiunt testes sua substantia dentium, deferunt vasa eiaculatoria, adferunt per ipsas vesiculas seminarias, humectant vias glandulas prostatas.

Retento semine et vario immutato, nobilis illa et divina architectrix admirandum opus aggreditur admirabiliter quatuor temporibus distinctum, quatuor nominibus insignitum. Ubi partium principium, et solidarum stamina quaedam apparent γονή est: κύημα ubi paulo amplior moles quaedam carnea conspicua: ἔμβρυον distinctiora trium principiorum et partium solidarum dat indicia ex affusione copiosioris sanguinis: παιδίον partium omnium perfectam exhibet distinctionem. Hoc opus non sine opifice spiritu quo frustrata formatrix suo fine frustratur, ideoque ~~dei~~ daemon nec per se, nec semine aliunde arrepto potest generare: spiritum hunc per universum seminis corpus diffusum ne dissipetur ac evanescat septo concludit; χώριον est utero seminis, utero foetui quo undiquaque involuitur, ab uteri duritie defenditur. Membranae adnascitur quaedam moles carnea orbicularis placentam vocant sive iecur uterinum infinitis venis et arteriis generatio consertum a vasis umbilicalibus ortis: per placentam χώριον utero connectitur trahit sanguinem foetus per ea depuratum, ideoque a morbillorum et variolarum longe alienum. Amnios altera membrana est quae sudorem et urinam per urachum emissam excipit, non per συναχὸν vesicae suspensorium. Involucra haec sibi mutuo connata unum corpus constituunt gratis δεύτερον, καὶ ὕστερον, latinis secunda vel secundinam. His membranis absolutis quod necessarium est generat, primis venas et arterias umbilicales, non ex fictitio illo seminis excremento, sed ex puro, vivoque semine (partes enim solidas sic intelligo) hepatis fabricam deinde molitur, tum demum cordis, postea cerebri, ac reliquarum deinceps partium et instrumentorum: ordinem generationis ordo sequitur operationis.

Absolutis perfectisque foetus partibus omnibusque; et secunda temperamentorum, structurae, situs, connexus, numeri, cavitatis ad usum cuiusque; et dignitatem

F.Π.P. [stamp]

varietate compositis, Nobilis illa forma scilicet nobilissima Anima Rationalis à summo rerum Conditore Creatur, et variis instructa facultatibus varia organa exornaturis creando in corpus perfectum infunditur, hepar instruit facultate naturali ad nutriendum, cor vitali ad vitam, cerebrum animali ad rationem, motum, et sensum: partes hae mutuis ubique egent auxiliis. Hepatis, Cordis, et Cerebri functiones, ut vivis sic foetui sunt necessariae: Hepatis vi illum humore nutritio fovet, Cordis vi nectare vivifico, Cerebri vi sensum et motum per spiritus animales in plexu choroide elaboratos et perfectos largiatur: spirat foetus per venas umbilicales, transpirat per corpus universum: cor compressum in utero et extra uterum spiritum et sanguinem arteriosum pellit in arterias dilatatas. Sed tamen pulmones ex spumoso, et tenui sanguine corporis similes nutriantur alimento, et cordi materia ad elaborandos spiritus vitales suppeditetur. Natura duplicem anastomosim fabrefecit, prima arteriam magnam cum vena arteriosa per ductum quemdam sive canalem coniunxit. Nam arterias foetus umbilicales in arterias iliacas scrutaris ergo inseruntur, ex his sanguis in truncum Aortae imo ad eius ostium usque; ascendit; valvulas vero hypophysis ingressu prohibent: sunt enim intus apertae, foris clausae, sanguis ille arteriosus per dictum canalem supra basim cordis positum fertur in venam arteriosam ad nutriendos pulmones: Altera maior anastomosis, est à vena cava in arteriam conspicuo foramine, per quod sanguis venosus pulmonibus superfluus commode transmittatur in laevum cordis sinum ubi elaboratur, conficitur, vitalis efficitur, unde mox ad magnam arteriam contiguam et vicinam deductus toti corpori fovendo distribuendus. Tempus creationis incertum est; de conformationis, motus, exclusionis incerta proportio, aut nulla tam in maribus quam in foeminis, in illis tamen triginta dies conformationi absoluendae dicuntur, in his quadraginta: Motum percipiunt 40 die, alias 3, aut 4 mensibus, foemina modo citius mare prodit in lucem, modo tardius: vitas primis mensibus incertas esse potest, incertus postremis. Hoc unum certissimum, adventu Animae rationalis foetum vivere, moveri, sentire, intelligere. De his qui dubitaverit dum ad veritatis anatomicae, Medicae, et philosophicae tribunal sistimus, ut nobiscum sic concludat.

Ergo foetus primum non vivit vitam Plantae.

Propugnabat Lutetiae Joannes de Cleves Parisinus, Anno Domini. 1612.

Domini Doctores disputaturi.

M. Symphorianus Hautin. M. Joannes des Gorris. M. Simon Bazin.
M. Henricus Blacuod. M. Renatus Chartier. M. Nicolaus Pietre.
M. Gabriel Biart. M. Franciscus Placet. M. Jacobus Cousinot.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE